

III ita dicit: *Quod⁵¹ non liceat alterius sponsam in matrimonii^e iura sortiri. De coniugali autem violatione requisistis, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos inponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Ex concilio Anchirano capitulo X: De⁵² dispensatis puellis et ab aliis corruptis. Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatę, etiamsi eis a raptoribus ius^f inflata constiterit. Unde etiam sepenumero et pluripliciter in sanctorum diffinitionibus legimus⁵³, sed ad ostendendum istius genus coniugii satis superque ista sufficiunt.*

II.⁸ Quia vero secundas nuptias non damnamus, immo recipimus, aliud genus coniugii et apostolo docente⁵⁴ suscipimus et sancto Leone papa in decretis ad Rusticum Narbonensem episcopum, qualiter iniri debeat, monstrante cognoscimus. Ait enim capitulo XVIII: *Non⁵⁵ omnis, inquit, mulier viro coniuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima et inter aequales et multo prius hoc ipsum domino constituyente quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandum harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abraham: Eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillę cum filio meo Isaac. Unde cum societas nuptiarum*

e) drittes -i auf Rasur A. f) so A; vis verb. aus suis Paris. Lat. 2866 (De divortio); vis Ancyra. g) am Rand A. h) danach am Rand etwa vier Buchstaben radiert A.

⁵¹) Papst Siricius an Himerius von Tarragona (JK 255, Migne PL 13 Sp. 1136 B–1137 A), u.a. überliefert in der Collectio Dionysio-Hadriana (Migne PL 67 Sp. 233 C/D) und Hispana (Migne PL 84 Sp. 632 B) = Collectio Dacheriana c. I, 68 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 526 f.).

⁵²) Ancyra c. 10 in der Fassung der Collectio Dionysio-Hadriana (Turner [wie Anm. 25] 2 S. 83) = Collectio Dacheriana c. I, 71 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 527).

⁵³) Kanonische Bestimmungen zum Frauenraub finden sich z. B. in der Collectio Dacheriana c. I, 66–72 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 526f.) sowie im Anhang von De raptu viduarum (Migne PL 125 Sp. 1032D–1036B); zur sozialen Bedeutung des Problems vgl. Devisse (wie Anm. 11) 1 S. 369–383.

⁵⁴) Vgl. 1. Cor. 7,8 f.

⁵⁵) Leo der Große an Rusticus von Narbonne c. 18 und Anfang des c. 19 in der Zählung der Collectio Dionysio-Hadriana (JK 544, Migne PL 67 Sp. 288 D–289 B) = Collectio Dacheriana c. I, 62 und 63 (d' Achery/de la Barre, wie Anm. 22, S. 526); zur Bedeutung der Dekrete für die Entwicklung des fränkischen Eherechts vgl. P. Mikat, Dotierte Ehe – rechte Ehe. Zur Entwicklung des Eheschließungsrechts in fränkischer Zeit (Rheinisch-Westfälische Akademie der Wissenschaften, Vorträge G 227, 1978).